

42.

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA
DE
DIAETA ET CVRATIONE
IMBECILLIVM

QVAM
SVB AVSPICIIIS SVMMI NVMINIS
ET
CONSENSV GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE
P R A E S I D E
VIRO ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO
D. ANDREA ELIA BÜCHNERO
SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,
POTENTISSIMI PRVSSIAE REGIS A CONSILIIS INTIMIS,
MEDICINA ET PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESS. PVEL. ORDINARIO,
IMPERIALIS ACADEMIAE NATVRAE CVRIOSOR. PRAESIDE
ET COMITE PALATINO CAESAREO,

PRO GRADV DOCTORIS
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS AC PRIVILEGIIS
DOCTORALIBVS RITE CONSEQUENDIS
AD D. XXXI. IANVAR. A. S. R. CLOCCCLVIII.
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA
FVLICE DEFENDET
AVCTOR
IOANNES CHRISTIANVS MÜLLER
BEROLINENSIS.

HALAE MAGDEBURG. LITTERIS HENDELIANIS.

DIVETATE ET CARATIONE
HIBRELLIA

DVNDRÆ ETIÆ SCHINERØ

PRO GRAHA DOCTORIS

JOANNES CHRISTIANUS AUREL

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCEL-
LENTISSIMO DOMINO
DOMINO
HENRICO IX.
S. R. I. COMITI
R E V S S
COMITI DE PLAVEN
POTENTISSIMI PRVSSIAE REGIS ET ELE-
CTORIS BRANDENBURGICI A CONSILII STATVS
AC BELL SANCTIORIBVS ADMINISTRO,
SVPREMI RERVM DOMANIALIVM COLLEGII
VICE-PRAESIDI ET DIRECTORI,
IN SVPREMO IVSTITIAE TRIBVNALI PRAESIDI PRIMARIO,
RERVM AD ELECTORATVM MARCHIAE SPECTAN-
TIVM DIRECTORI GENERALI,
REGII PRVSSICI ORDINIS AB AQVILA NIGRA
DICTI EQVITI,
HAEREDITARIO IN GRAITZ, CRANICHELD, GERA,
SCHLEITZ ET LOBENSTEIN, DYNASTAE IN DORTH ET
STAPENISSE, ITEMQVE BARONIS SATRAPIARVM LO-
RVTH, MANSWIG ET EISDEN, BANNERETO HAERE-
DITARIO DVCATVS LUXEMBURGICI ET COMITATVS
CHIMAEI, MARESCHALLO HAEREDITARIO DITIONVM
FALCKENBURGICAE ET LIMBURGENSIS,
RELIQVA;

ILLUSTRISSIMO AIAE ETC
ILLUSTRISSIMO DOMINO
DOMINO
HENRICUS
S. ET L. COMITI

COMITI DE PLAVIA

ROTENTISSIMI TRASCIENZIO ET PLAVIA
CITORS IRANDI MULIERE A BOLOGNA ETATIS
AC DELETTI SANCIO ET CLODOVICO PINTORE
SABRINI REBRINI DOWY A LIPSIENSIS COLLEGII
CENS ACB-TRFIDI ET PLAVIA PLAVIA
MSUPRIMO IUSTITIA VOTATI MAGNORUM SPECTATOR
RENUM AN DE TOTI VOTATI MAGNORUM SPECTATOR
TIVI DEDICATI DEDICATI MAGNORUM SPECTATOR
REGI ITALIAE ET ROMANAE VICTORIA MAGNA

HARREDITARIO IN GRATE GRANICELLETTI OTTO
SCHELIETTA TORONTEA RINCIATAD IN HORATIA
STAPENNE, HOMO DE VIGOIS STAPENNE TO
HIC MUNIBUS ET SIC ET MUNIBUS ET SIC
TETRATI BUCOLI ET SIC ET SIC ET SIC
CHIVI MUNIBUS ET SIC ET SIC ET SIC
TACERENDI MUNIBUS ET SIC ET SIC ET SIC

ILLVSTRISSIMO ET EXCELLENTIS-
SIMO DOMINO

DOMINO
MAVRITIO CAROLO

S. R. I. COMITI

DE L Y N A R

POTENTISSIMI POLONIAE REGIS
ET ELECTORIS SAXONIAE A CONSILIIS
SANCTORIBVS,

CVRIAЕ SVPREMAE LVBBENENSIS IN LVSATIA
INFERIORI PRAESIDI,

ORDINIS IMPERIALIS RVSSICI ST. ANDREAE EQVITI,

DYNASTAE IN LÜBENAV,
RELIQVA;

LIBRARISSIMO ET ELEGANTISSIMO
SIGNE DOMINI
DOMINO
MARITIO CAROLI
S. ET COMITI
RHINIANO
POTENTISSIMI DUCONIAE REGIS
ET CLEMENSIS
CARMELITANORUM CONVENTU
ORDINIS BRUDERORUM PREBELLARUM
CONVENTUS IN LIPSIAM

PERILLVSTRI ET EXCELLEN-
TISSIMO DOMINO
DOMINO
F R I D E R I C O
S. R. I. COMITI
DE WARTENSLEBEN
REGII DANICI ORDINIS DANNEBROGICI
E Q V I T I,
RELIQVA.

ERIDERICI
ARTE
MAGISTRI
DOMINI
TISIMO DOMINO
TERPILASTRI ET EXCELIEN

ILLVSTRISSIMI COMITES,
DOMINI GRATIOSISSIMI.



Quo magis mibi cognita atque explorata
est singularis VESTRA erga literarum
cultores clementia atque humanitas,
quo luculentioribus & certioribus VESTRAE cle-
mentiae speciminibus cum parentem meum, ad beato-
rum sedes iam delatum, tum memet ipsum condecora-
re dignati estis, & quo arctiori proinde officii religio-
ne obstrictus teneor, ad mentis VOBIS deuinctissimae
argumenta in aprico ponenda; eo minus dubito No-
mina VESTRA, COMITES ILLVSTRISSIMI, te-
nui huic nullisque conspicuae ornamentis praefigere
scriptioni, eidemque ex VOBIS insignem foenerari
splendorem. Cum enim vix mibi spes affulgeat, fu-
turum, ut magis idonea potiar opportunitate, VOBIS
deuinctissimae mentis documentum in luce ponendi:
ingratae mentis notam effugere vix censendus fuis-
sem, si, quae nunc mibi enata est, occasionem praeter-
mittere voluisse. Offero itaque VOBIS, MAECE-
NATES

NATES GRATIOSISSIMI, sacrumque esse iubeo
quicquid huius tenuis est scriptoris, spem ingressus
certissimam, VOS pro singulari, quam optimus quis-
que admiratur, clementia, id serena fronte excepturos,
gratissimaeque mentis significandae studium albo la-
pillo esse notaturos. Deum vero nunquam non supplex
venerabor, ut VOBIS adsit propitius, VOSque, qua
VESTRA virtus digna est, felicitate omnibus nume-
ris absoluta augeat cumulate. Fazit idem ille, cuius
singulari fauore in VOBIS res cum sacra, tum publi-
ca nacta est clarissima decora & propugnacula firmis-
sima, ut diu terris intersitis, nec nisi seri, id est meri-
torum in genus humanum collatorum gloria abunde
ornati quasique exsatiati, ad lucidas coelitum sedes
reuertamini. Ceterum si humili preicatione uti licet,
peto a VOBIS, COMITES ILLVSTRISSIMI, ut
VESTRO gratiofissimo fauore me gentemque meam
in posterum quoque complectamini. Ego vero, quo-
ad viuam, insignia VESTRA merita venerabunda
mente admirabor atque permanebo

NOMINVM VESTRORVM ILLV-
STRISSIMORVM

Cultor humillimus

IOANN. CHRIST. MÜLLER.



DISSERTATIO IN AVGURALIS MEDICA
DE
**DIAETA ET CVRATIONE
IMBECILLIVM.**

PROOEMIVM.

Recte omnino sapientiores statuunt Medici, veram morbos tam auertendi, quam curandi methodum minime esse uniuersalem, sed cuiuis subiecto specialius accommodandam. Differunt autem haec ipsa innumeris fere modis, & maxime quidem secundum naturam, temperamentum, aetatem, vitae genus, clima, sexum, morbum,


bum, cauſas eiusdem & ſymptomata, morbos praegressos, tempora anni, conſuetudinem, ſenſibilitatem, animi affectus, & quae ſunt huius generis plura. Quae cum ita ſint, in aprico eſt ratio, cur Medicus, officio ſibi demandato ſatisfactorius, nihil magis curae cordique habere debeat, quam ut enumeratis hiſce circumſtantiiſ ſraeſeruandi medendi que methodum adaptare ſatagat. Si quid autem ex hiſ omnibus conſideratu dignum eſt, eſt profecto corporis humani natura, ea que inprimis infirma & debilis, quae, vñani mi Medicorum conſenſu, non omnibus ſolum morbis facile patet, ſed diſcillime quoque ex iisdem emerget, ſicut e contrario bona & robusta natura, vel leuiter arte adiuta, interdum facit miracula. Tanti itaque cum interſit, vt Medicus ſubiectis debili natura praeditis arte ſua ſubuenire rite intelligat, equidem, haec mecum perpendens, operaे pretium me facturum eſſe iudicaui, ſi in ecendo Specimine inaugurali pro viribus oſtendere, qua ratione Medicus, ſalutis humanae cupidus, diaetam curandique rationem ita potiſſimum adornare debeat, vt illa ipsa ſpeciatim imbecillibus, & a leuissima quauis cauſa

PROOEMIVM.

§

caussa aduersam impressionem facile fuscipientibus, conueniat. Ordinis autem seruandi gratia tractationem hancce ita adorare placet, ut *priore eius parte* demonstrem, qua ratione diaeta victusque ratio, siue rerum sex non-naturalium usus, imbecillum naturae sit accommodandus; *altera* vero succinete ostendam, qua prudentia & cautione infirma corpora, morbis afflita, sint tractanda. Faxit supremum Numen, ut haec omnia eueniant feliciter!

§. I.



De imbecillibus dicturus, merito quidem obsequor consuetudini, quae iubet rei illius, de qua dicendum est, in limine statim concinnam aliquam praemittere declaracionem. Sunt igitur *imbecilles*, qui tenerum ac sensibile habent genus neruofum, paruos flaccidosque musculos & habitum corporis multis, iisque exiguis, donatum vasculis, tum qui valde sunt obesi, vel graciles admodum & macilenti, a parentibus infirmis prognati, morbis qualibuscunque vires admodum debilitantibus, in primis largis sanguinis profusionibus, itemque inediae, vigiliis, diuturno moerori, cet. obnoxii, leui dein ex caussa aegrotantes, difficilisque ex morbo conualescen-

A 3

lescen-

6 *Dissertatio inauguralis medica,*

lescentes, animo mobili & ad affectus prono praediti, literarumque studiis & profundis meditationibus addicti, pectore angusto instructi, aegre cibos digerentes, ad fortiores motus strenuasque corporis exercitationes vel inepti, vel lassitudinem tamen inde facile percipientes, aetate infantes, pueri atque senes, sexu feminae, nec non homines regiones meridionales inhabitantes, mollique vietu utentes, & vitae urbane ac sedentariae dediti. Hi enim omnes, diuero licer gradu imbecillitatis inter se differant, prae aliis infirmi sunt, & insignem possident ad morbosos motus aptitudinem, ideoque subiectis corpore animoque robustis, siue valida motuum potentia instructis, merito opponuntur.

§. II.

Rationem si quaerimus, cur dicta haecce subiecta debilibus sint adnumeranda, haec ipsa certe non e longinquo erit repetenda. Homines enim, quorum nerui teneram habent structuram exquisitamque sensationem, ex facili a rebus extrinsecus in nos agentibus insigniter adisciuntur, grauesque patiuntur iniurias, vt vel suo inprimis exemplo luculenter commonstrant, qui ab aëris mutationibus mox coryza, tussi, rheumatismis aliquique affliguntur incommodis, vel a leui animi affectu spasticis & conuulsu agitantur motibus. Teneri dein laxique musculi parua polent vi motrice; hinc qui talibus instructi sunt, similiter inter debiles sunt referendi. Quod eodem iure de illis valere arbitror, quorum corporis compages multis iisque exilibus donata

donata est vasculis, ideo, quod sanguis, angustis inclusus canalibus, facile stagnat, stagnandoque efficit, ut partim, ad varias partes copiosius iusto delatus, variis generis mala producat, partim vero vasorum aliueos facile perrumpat. Obesi, siue sero & sanguine multum repleti, duplice ex causa in morbos proni deprehenduntur, tum, quia flaccidas habent fibras, tum, quia in ipsis abundans, vasaque minima comprimens pinguedem liberum sanguinis circuitum facile remoratur. Sicut e contrario graciles & malcenti, ob succorum nutritiorum penuriam, tenebamque partium solidarum structuram, debiles morbisque facile obnoxii censendi sunt. Fortes porro, cum, experientia teste, procreentur a fortibus, imbecilles ab imbecillis, mirum sane non est, quod prognati ab infirmis liberi simili quadam imbecillitate vtplurimum laborent. Morbi deinceps saepissime, perinde ac fames, diurnae vigiliae & tristitia, vel totum corpus, vel eam tamen partem, in qua suam exercent tyrannidem, debito priuant robore, insignemque inibi relinquunt debilitatem. Vnde fieri videmus, ut permulti, post morbum superatum, aut labefactatam retineant valitudinem, aut in nouum denuo morbum ex facili recidant. Qui porro sine morbo quodam praegresso facile aegrotant, vel me etiam tacente corpus obtinent debile, quod causis externis non satis potest resistere; sicut illi pariter, qui difficiliter a morbo conualescunt, notabilem virium produnt iacturam.

§. III.

Nec possum, quin animo mobili praeditos,
ideo.

ideoque simul ad varios animi affectus proclives, in imbecillum classem reponam. Etenim animam inter & corpus tam arcta viget harmonia, ut certis in anima representationibus certi quidam in corpore respondeant motus, & vice versa; atque singulariae hae in anima corporeaque contingentes mutationes maiori semper fiunt gradu & celeritate in subiectis subtiliori sensu praeditis. Haec ipsa autem, cum in debilium numero sint, in aprico est, ad animi perturbationes pronos debilibus quoque esse annumerandos. Vnde satis inter omnes constat, aegrotantes plerosque ad indignationem, animi exandescientiam, tristitiam atque terrorem esse dispositos. De iis, qui studiis multisque lucubrationibus indulgent, non est, quod multa proferam; siquidem nullum est dubium, quin successu temporis animi corporisque vires insigniter sic consumant. Quorum sanguis ebulliens ad varias hinc inde partes saepe propellitur, aut e vasis per haemorrhagias effunditur, simili ratione ad imbecillum classem pertinent; idque non solum ob vasorum atoniam & exilitatem (per §. II.), verum etiam ob spasmos, quibus plerumque obnoxii sunt, quorumque vehementia sanguinis congestiones & profusiones solent progigni. Hinc, qui in pueritia sanguinem frequentius e naribus stillarunt, in iuuentute facile in haemoptysin, vel, accendentibus aliis caussis, in phthisin incident, in virili porro acetate fluxum haemorrhoidalem experiuntur, tandemque ad senilem progressi ex vrinariis viis sanguinem ejiciunt, aut podagrericis corripiuntur affectibus, & sic per totum vitae

vitae ambitum multis obnoxii redduntur incommodis. In subiectis angustum peccus gerentibus, respiratione solet paulo esse difficilior; hinc pulmones non satis expansi sanguinem aegrius per vasa sua transmittunt, hacque ratione actio quaedam vitalis minuitur, qua imminuta reliquae etiam facile turbantur notabileque capiunt detrimentum.

§. IV.

Male digerentes, sive debili ventriculi digestione laborantes, itidem infirmos esse, nemo sane negabit, qui modo perpendit, vacillante ciborum digestione minus laudabilem generari sanguinem, adeoque etiam bonam corporique nutriendo & viribus sustentandis idoneam deficere lympham. Quorum vires laboribus motibusque corporis sustinendis impares existunt, vel magnam inde lassitudinem sibi contrahunt, per se iam, me quidem iudice, imbecillum nomine insigniendi videntur. Aliquid tamen tribuendum est consuetudini, ne forte homines natura quidem robustos, labori tamen minus adsuertos, inter debiles referamus. Aetate infantes, pueri atque senes perinde imbecilles sunt, & illi quidem ob fibras valde sensiles, laxas & teneras; hi vero ob fibras rigidas, & ad fluida propellenda ineptas. Nec quisquam, sicut spero, ibit inficias, regionum meridionalium incolas ceteris esse natura debiliores, & quidem potissimum ob teneriorem corporis structuram molliusque viuendi genus. A potiori tamen hic fieri denominationem, quilibet facile intelliget; siquidem plures in calidiori terrae

B

tractu

tractu habitantes sani & vegeti maius obtinent robur, quam infirmi & ad morbos dispositi, in temperationi licet & frigidiori climate nati & degentes. Quid tandem de iis dicendum est, qui molliter in vribibus vivunt, aut liberi aëris vsuram reformidant, & conchae quasi vitam agunt. Nonne lubenter mihi quisque adsensum praebebit, omnes hosce delicatos a leui quadam caussa, & morbo qualicunque insultu, sat grauiter laedi & affici?

§. V.

Rectum rerum non-naturalium usum, pro sanitate praesente conseruanda, amissa vero restituenda, docet diaeta. In ordinanda igitur imbecillium diaeta eo laborandum est, ut res non-naturales imbecillium naturae rite accommodemus. Sex autem a Medicis solent numerari: I) aëris, II) cibis & potus, III) morus & quies, IV) somnus & vigiliae, V) excreta & retenta, VI) animi pathemata. Nolo iam disquirere, quo iure his nomen rerum non-naturalium conueniat. Sufficit, quod ab antiquissimis medicinae temporibus illa dicta sint non-naturalia, quae in homine secundum naturam rite constituto partim non perpetuo adsunt, partim etiam ab eius natura non proueniunt, sed forinsecus tantum accidunt, & ita comparata sunt, ut sub recto usu ad sanitatem, sub peruerso vero ad morbos plurimum conferant.

§. VI.

Primo omnium ex non-naturalibus considerandus est aëris, cuius usura ne per momentum quidem

de Diaeta & curatione imbecillium.

II

dem sine vitae periculo carere possumus. Iam vero certissimum est, robustis aequa ac imbecilibus aërem purum temperatumque semper optime conuenire: nihilo minus tamen sat graues sunt rationes, cur debiles in primis talem expetere debeant, siquidem grauius semper damnum, quam robusti, inde percipiunt. Optimus autem utique appellari meretur *aëris temperatus*, qui neque frigore, neque calore, neque etiam humiditate aut siccitate modum excedit. Accuratus autem circumspicientes deprehendimus, fieri non posse, ut iustus talis temperie modus omni conueniat climati, singulisque anni temporibus ad sit. Quamobrem, cum neque clima, neque aëris vicissitudines quisquam pro lubitu mutare possit, eo minimum ab imbecilibus laborandum est, ut frigoris calorisque intensiorem gradum ferio vitent, aut conuenienti vestitu aëris hasce injurias moderari nitantur. Deinde saluberrima est regula, ut aéri, quem patria suppeditat, sensim adfuerint, maximeque simul caueant, ne post perpeccum grauius frigus nimio statim calori se se exponant, vel ex calore se mox in loca frigida & humida recipient, vel noctu ibi commoren tur. Principes autem & magnates, quibus fortuna maiores dedit diuitias, optime sibi consulunt, si, coeli mutationem instituentes, temperatiorem aërem extra patriam quaerunt, hacque ratione imbecillitati suae egregie succurrunt. Conf. Illustr. b. m. HOFFMANNI Dissert. de Peregrinationibus sanitatis caussa insti tuendis.

B 2

§. VII.

§. VII.

Sunt deinceps adhuc aliae sanitatis regulae, quas ad noxias intemperati aëris vitandas debiles in primis utilissime feruare debent. Sic enim aestiuo tempore, si corpora Solis torrentur feroore, quod maxime circa solstitium aestiuum & in locis calidioribus accidit, multi labores fortioresque corporis exercitationes, praesertim circa meridiem & subdio, omittantur, potusque spirituosi, & generatim omnia, quae humores valde exagitando maiorem aestum & ebullitionem inducunt, cane peius & angue fugianrur. Contra vero tum expedit, corpus a nimio calore languidum somno & quiete reficere, fructus horaeos leniter acidulos, satis tamē maturos, frequentius comedere, potuque temperante & aliis humectantibus succos calore attenuatos & fere adustos refrigerare; cauendo tantum, ne corpori calenti aut sudore madido potus algidi magnis ingurgitentur haustibus. Sub acri & intenso frigore, quale rigidissima hieme, locisque septentrionem proprius spectantibus faciure solet, id in primis agendum est, ut integumentis debitoque conclusis calore corpus contra frigoris inclem tam probe miniatur, iusculaque calida & blanda spirituosa in usum cebriorem ducantur. Regnante diuturna aëris prae-humidi intemperie, saluberrimum est, moderationem in cibis adhibere, corporisque motu & temperatis spirituosis languentem sanguinis progressum, vna cum cuticulari excretione, adiutare, & aërem suffumigii, ex succino, mastiche, tacamahaca, gummi anime, baccis iuniperi, & similibus accensis exsiccare.

§. VIII.

§. VIII.

Aér purus, quem, vt antea dixi, imbecilles possimum sanitatis tuendae gratia eligere debent, ille dici meretur, qui nullis, vel tamen non adeo multis heterogeneis repletus est exhalationibus. Sunt autem variae exhalationes, quibus aëris fluidum solet contaminari. Dantur enim sulphureae, instar fumi carbonum accensorum, salinae & putridae, ex corporibus putridis prodeentes, atque mediante aëre ipsi corpori nostro se se insinuantes. Longe autem maior noxa ab illis putridis pertimescenda est effluviis, quae vel aestiuo tempore ex animantibus putrescentibus ascendunt, vel a corporibus maligno quodam morbo decumbentibus in aërem diffusae nobiscum intimius communicantur. Nec melioris est indolis aér, noxiis paludum effluviis inquinatus. Quanta enim corruptio, quantumque inde detrimentum nascatur, integro dudum libello elegantissime pro more suo exposuit doctissimus LANCIVS. Quae cum ita sint, optimum profecto est consilium, vt puri aëris vsui, quantum fieri potest, imbecilles & ab externis caussis laesionem facile capientes in primis studeant, impurum vero omni ratione arceant vel emendent.

§. IX.

Vix tamen melius hoc poterit perfici, ac si primo modum, quo aëris impuri miasmata corpori nostro solent insinuari, paucis consideramus, & deinde regulas quasdam salubres subiungimus. Insinuantur autem corpori impurum miasma partim per

os & nares, partim mediante transpiratione per poros cutaneos atque tenuissima vasculorum illuc definentium oscula. Ne autem per has vias subtilia miasmata in corpus nostrum tam facile penetrerent, occasionem quidem ista inspirandi, si circumstantiae permittunt, quam longissime fugere consultissimum est. Si vero hoc integrum non sit, nares probe munierenda sunt, atque os vino, aceto vini vel bezocardico quodam saepe colluendum, saliuua masticatoriis commouenda, diligentèque expuenda est, ne deglutita, & cum cibis in ventriculo permixta, ad ipsam massam sanguineam deferatur. Deinde, ne per poros cutaneos peregrinum quidpiam nostrum corpus subeat, omnibus modis efficiendum est, ut graffantibus morbis, contagio serpentibus, blanda conseruetur transpiratio. Haec autem minime succedit & multum interrupitur, si vel timore percellimur, vel si boni alimenti defectu laboramus; vnde morbi maligni, incidente annonae caritate, plebeios quam maxime corripiunt. Hinc saluberrimum est consilium, vt ea tempestate partim animum constantem & bene compositum habeamus, partim vero laudabili vietu congruoque potu moderate adsumto sanguinis & humorum circulum promoueamus; siquidem hoc vigente fortes impuriae per poros vniuersi corporis perbelle exhalant, sique simul impuritates ingressuræ optime repelluntur, & a connubio nostri corporis arcentur. Atque hinc etiam petenda est ratio, cur Auctores, qui regulas suppeditant diaetericas, ingruentibus morbis malignis *ieiunium serio vitandum* velint. Equidem

dem facile praeuideo, obiici mihi posse, suppeditas hasce regulas singulis salutares esse hominibus: attamen negari non potest, quod maiori semper cum cura ab imbecillis sint obseruandae, ut recte quidem monuit Illustr. b. m. HOFFMANNVS, dum *Med. system. Tom. I. Lib. II. Cap. XI.* nenenim, inquit, magis decet vitam ad sanitatis regulas exacte componere, quam imbecilles, quia a leui saltet errore in diaeta commissio grauter offenduntur, & insigni sunt documento, quantam vim ac potentiam rerum naturalium & usus & abusus in corpus habeat.

§. X.

Transimus nunc ad *cibum & potum* debilibus in primis subiectis accommodandum. His autem, cum ventriculi plerumque atonia laborent, cibi blandi atque benigni potissimum conducunt, qui particulas continent temperatas emulsiuas & gelatinosas, sanguinique nutriendo maxime accomodataas, minus vero terrestres, acres, salinas, aut spirituosas, quales carnes iuniorum animantium, tam elixae, quam assatae, indeque parata iuscula, lac, oua fortilia recentia, panis bene fermentatus riteque subactus, & ex vegetabilibus olera & legumina teneriora debitaque coctione emollita, nec non radices temperatae & minus fibrosae, esse solent. Vbi tamen probe notari meretur, quod ex his alia aliis magis conueniant vel obsint, sicut exempli gratia id vel solum lac & lacticinia comprobant, quae non nullis, in quorum ventriculo facile aescunt, insignes plerumque creant molestias. Cibi e contrario minus

nus salubres, ideoque a debilibus vel parcus assu-
mendi, vel nonnunquam plane fugiendi, sunt, qui
ventriculo in dissolutione multum facessunt negotii,
vt carnes animantium annosiorum, fumo induratae,
pingues & rancidae, pisces plerique marini, anguil-
lae, oua ad duritatem cocta, nec non dulcia & cibi
multo sale conditi corporisque nutritioni minus
apti, aut qui multos procreant fatus, vel alii con-
stipationem post se relinquunt, vt fere pisa, fabae,
lentes, rapae, milium, pira, mespili, mala cydonia,
fructus acaciae, acetaria copiosius ingesta, caseus ni-
mis recens aut vetustus, panisque grossior, muci-
dus, vel recenter ex clibano extractus, huiusque
generis alia, facere solent. Non tamen imbecilles,
ceteroquin sani, adeo solliciti esse debent de nimis
scrupuloso ciborum delectu, sed facile quoque sine
sanitatis dispendio alimenta paulo duriora interdum
possunt assumere atque digerere, si modo quantita-
tem nimiam vitent, quae praecipue laedit. Hinc
laudandum omnino est Cornel. CELSI consilium,
dum, imbecillis stomacho inquit, quo in numero ma-
gna pars urbanorum, omnesque pene cupidi literarum
sunt, ubi ad cibum ventum est, nunquam utilis est
nimia satietas: saepe inutilis nimia abstinentia. Sae-
pe, si qua intemperantia subest, tutior est in potionē.
Cibus a falsamentis, oleribus similibusque rebus me-
lius incipit. Tum caro adsumenda, quae affa optima,
aut elixa, est. Condita omnia duabus de caussis inuti-
lia sunt, quoniā & plus propter dulcedinem affu-
muntur, & quod modo par est, tamen aegrius conco-
quitur.

§. XI.

§. XI.

At vero, ut antea dictum est, non modo in cibis crudioribus & compactioris texturae assumendis moderatio adhibenda est, sed & imbecilles quamcumque nimiam ciborum vel saluberrimorum repletionem iure meritoque debent vitare. Etenim omne nimium naturae nostrae est inimicum, & animi pariter ac corporis alacritatem minuit, contra vero lassitudinem torporemque inducit, ne dicam, quod simul alia corpori mala inferat, quatenus cibi non satis digesti crudiores chylum minusque laudabilem ingenerant sanguinem. Maxime vero obesi & iam multis repleti succis, aut qui parciorē habent corporis motum, omnem in victu intemperantiam serio fugiant. Tum quoque imbecillis non parum nocet nimia comedendi auditas, siue festinata ciborum deglutitio, ideo quod cibi, debita masticatione non satis comminuti, iustoque citius in ventriculum demissi, digestionem pessimant, & vitiis inde pendentibus ansam praebent facillimam. Sicut autem largior & accelerata ciborum repletio multa debilibus corporibus adfert incommoda; ita quoque e contrario infirmiores & macilenti a diuturniori abstinentia siue inedia, quae, gelatinosam sanguinis & lymphae portionem dissipando, vires prostrant, sat graue reportant damnum. Recte tamen hic excipiuntur succulentī, quibus moderata abstinentia saepe utilissime imperatur. Quod si tamen aliquando abstinendi necessitas incidit, caueant modo imbecilles, ne statim ad plenum rudioremque victum rursus transeant.

C

§. XII.

§. XII.

Potus optimus, & sanitati conuenientissimus, est aqua pura, quae, paucas continens particulas terrestres, debitam humoribus fluiditatem conciliat, minima vascula aperta seruat, utilem ex alimentis chylum non modo extrahit, sed ad succum quoque nutritum, poris partium aduehendum riteque apponendum, egregie confert, & fortes demum excrementicias salutariter e corpore euehit. Dein aquae, intuitu salubritatis, proxime accedunt varii arte parati liquores, maximeque *cereuisiae tenues* & minus saturatae, quae neque in ventriculo facile acescunt, neque fatus procreant, & libere per vrinarias vias transeunt, quales potissimum sunt ex aqua pura rite coctae, bene fermentatae & a febis satis depuratae, sine brunae amaricantes & lupulo conditae, siue dulciores albescentes sine lupulo praeparatae, quarum illae caput facilius pertundunt & inebriant, hae vero magis nutririunt. *Spirituosa* cuiuscunq[ue] indolis nullam cum succis nostri corporis habent conuenientiam, ideoque potum congruum corporique alendo idoneum minime constituant; potest tamen & solet *vinum* imbecillibus multum prodesse ad digestionem ciborum iuandam, excretiones promouendas, vires excitandas, & naturalem calorem sustentandum, si modo bonaefit notae, non adeo spirituofum, nec acidum, nec vaporosum principio capiti ac nervis molestum, & facile per excretiones transiens. Cum tamen vinum magis sit potus medicamentosus, omnisque abusus imbecilles potissimum laedere soleat, aut parcios, aut

aut aqua temperatum bibatur, obseruando salutare illud monitum, quod Medicus olim Principi, cuius valetudinem salubribus moderabatur confiliis, re-ctissime dedit: *Si vinum aqua diluis, vinum perdis; si non diluis, te perdis.* Maxime autem hoc sibi di-ctum putent, qui ad congestiones sanguinisque pro-fusiones sunt proclives; alioquin facile in maiora ruunt pericula. De copia demum potulentorum no-tandum velim, quod quidem ad sanguinem in de-bitâ fluiditate conseruandum, eiusque liberum per minimos vasorum altieolos progressum facilitan-dum, sufficiens liquidorum quantitas necessaria sit, ideoque, innuente C E L S O, intemperantia in potionē non tam facile noceat. Nihilo tamen minus sem-per omnino consultius & sanitati magis congruum est, mediocritatis quoque leges in potu rite obserua-re, & praeferunt a largiori spirituorum & cereui-siarum nimis saturatarum ingurgitatione prudenter abstinere.

§. XIII.

Potus illi recentiores Thée & Caffée, quibus hodie tam familiariter vtimur, vt iisdem sine sanita-tis dispendio vix carere posse videamur, suam omni-no merentur laudem, singularemque praestant vti-litatem in circulo sanguinis promouendo & libero transpirationis successu adiuuando. At vero, cum copiosius sorbillati fibras nostri corporis relaxent, maximeque ventriculi atoniam inferant, debiles in-primis stomacho illorum abusum studiose vitent, ne-cesse est. Infusum fabarum Caffée, ob blandam ama-ritatem suam, digestionem ciborum crudiorum egre-

gie saepe adiuuat; probe tamen sit depuratum, ex leniter tostis fabis paratum, nec adeo multis particulis adustis saturatum. Abusus vero omnis seponatur, nisi velimus, vt purpurae, morbo hodie satius familiari, nutrimentum praebeamus; quod fieri potissimum solet, si corpus a calido hoc potu calefactum frigori exponimus, aut si aliuus non satis expedita & libera est. Tum enim hic potus, praeter alias molestias, simul insignes praecordiorum inducit angustias.

§. XIV.

*Motus corporis, vegetiorem sanguinis circumulum reddendo, omnis generis excretiones, maximeque utilissimam perspirationem, insigniter promovet, & sic abundantem noxiorum humorum copiam absumit. Quies contra facit, vt succi utiles & bene digesti in corpore retineantur, hocque modo ad nutritionem & virium motu deperditarum restorationem quam plurimum confert. Magnum itaque sanitatis praesidium in eo residere videtur, vt motus & quies iusto ordine & modo semper alternent. Sunt autem variae motus species, quae ita feligendae & prudenter dirigendae sunt, vt cuiusvis naturae & constitutioni speciatim conueniant. Sic enim *exercitationes* dantur *fortiores*, vt cursus, equitatio aucta & diutius protracta, pilae lusus, palaestra, longa & vehemens saltatio, venatio, clamor & adscensus per acclivia, cet. quas robusti & humidi citra yllum sanitatis incommodum satis bene, imbecilles autem aegerrime ferunt. Dantur vero etiam *leniores motus species*, vt deambulatio in plano, nau-*

nauigatio, vectura & moderata equitatio, manuum agitatio, sermo, elatiori voce facta lectio, atque frictio, cet. quae imbecillum naturae in primis conueniunt. Sicut autem imbecilles diuerso infirmitatis gradu inter se differunt; ita quoque modo hanc, modo aliam lenioris motus speciem exposcunt. Hinc nonnullis, quorum vires adeo languent, ut ne deambulare quidem, aut se ipsis mouere possint, gestatio in sella portatili, aut frictiones insigniter prosunt, sicut pariter litteratis, vitaque sedentariae deditis, & vitiis stomachi obnoxiiis, moderata clarae vocis exercitatio quam maxime salutaris est, quia, respirationem motumque diaphragmatis intendendo, sanguinis circuitum per viscera abdominis totumque corpus egregie adiuuat.

§. XV.

Vt autem imbecilles corporis exercitationem ad sanitatis leges rite instituant, sequentes potissimum regulae probe ab iisdem sunt obseruandae. Et primo quidem motum gradatim semper augmentant, a lentiori ad magis acceleratum sensim paullatimque ad scendat, ne subita haecce mutatio sanitati damnum afferat. Neque etiam exercitationes, licet moderatas, nimis diu & ad lassitudinem usque protrahant, ne partim vires exiguae nimis atterantur, partim vero, ne massa sanguinis, per se iam ad congestiones prona, fortius iusto commoueatur. Tum quoque imbecilles, ratione temporis, corpus non statim a pastu exerceant, ne crudirates a cibis non satis digestis progenerentur, & ad sanguinem

C 3 delatae

delatae eundem viscidiores & ad liberum per minima vascula transitum reddant ineptum, de quibus omnibus conferri meretur Illustr. PRAESIDIS Dissert. de incongrui corporis motus insalubritate. Tandem, licet otiosos, corpulentos, multaque humiditate turgentes debilibus supra (§. I.) adscriptis, possunt tamen, vt prospera gaudent valetudine, maiori & diuturniori perfungi motu, paulloque durioribus vacare laboribus, vt impuritates, otio accumulatorae, quibus natura velut sarcina premitur, eo melius per debitas vias eliminentur.

§. XVI.

Quod speciatim ad quietem, siue motus intermissionem attinet, haec in primis utilis & necessaria est languidis, imbecillis, macilentis & laboribus vel morbo fractis, vt succi gelatinosi corporique alendo idonei denuo colligantur. Neque minus ii, qui sanguinem alunt ad commotiones orgasmicas & congestiones pronum, indeque haemorrhagiis obnoxii sunt, moderata & motibus prudenter interponenda quiete opus habent, vel ad minimum a fortioribus commotionibus abstinere debent, ne sanguinis massam exagitent, nimiasque sic haemorrhagias aliaque incommoda accelerent.

§. XVII.

Somnus placidus, nullisque interruptus insomniis, perinde ac quies, vires motu dissipatas restaurat, vt dein corpus pariter atque animus ad functiones suas decenter peragendas maiorem recipiant alacritatem. Quae vero cum ita sint, quis est qui

qui facile dubitet, quod ventriculi simul digestio-
nem, ipsamque nutritionem, siue debitam succi nu-
tritii ad partes corporis adpositionem, egregie ad-
juvet. Tempus somno impendendum tam accura-
te determinari nequit, sed pro subiectorum diuersi-
tate variat. Nimirum quidem somnus segnitiem ple-
rumque & spissitudinem humorum inducit, caput
que reddit temulentum. Interim tamen natura de-
biles, aut laboribus, curis, studiisque defatigati,
paullo longiori plerunque somno ad reficiendas vi-
res indigent: & ne in modo facile excedant, probe
obseruent, an corpus post somnum leue sit & agile,
mens hilaris, & nulla amplius in somnum propen-
sio vrgeat. Proinde etiam, quum somnus tranquil-
lus potissimum vires reficiat, imbecilles praecipue
& sensibiles breui ante lecti ingressum serio fugiant
omnia, quae neruofum genus irritant, sanguinisque
per cerebri vasā motum accelerant, v. g. coenam
largiorem & ex duris flatulentisque cibis appara-
tam, sollicitudines, profundas meditationes & po-
tus spirituofos. Somno quidem nox speciatim di-
cata est: potest tamen & solet in regionibus praeca-
llidis diurni quoque temporis pars sine sanitatis no-
xa eidem impendi. Imo etiam in climate nostro
temperatori meridianus somnus debilibus, si obe-
fos exceperis, macilentis & senibus, cum fructu sae-
pe conceditur, si praesertim vires inde recipiunt
nullumque postea languorem aut capitis grauita-
tem sentiunt. Denique sanitatis quidem regulae
generatim praecipiunt, ut somnum in cubiculis tem-
peratis, aëreque puriori refertis, capiamus; nihilo
tamen

ramen minus imbecilles praecipue hoc probe obser-
uent, ne forte aër impurus & vappidus, sub somno
haustus, vires minuat, vtpote quas per eundem po-
tissimum reficere student.

§. XVIII.

Sequuntur nunc in ordine & specialius conser-
deranda se fistunt *excreta & retenta*. Ita enim a
summo opifice construēta est artificiosissima corpo-
ris nostri machina, vt ad vitam sanitatemque con-
seruandam mutuis ingestionibus & egestionibus
perpetim opus habeamus; siquidem ex ingestis ri-
te solutis boni, dulces & gelatinosi succi decenter
extracti sanguini affunduntur, superflui contra &
inutiles humores debita ratione excernuntur. Per-
multum itaque interest, vt ingestorum & egestorum
quantitas exæcta, quantum fieri potest, sibi inuicem
semper respondeat. Sunt autem a natura variae
constitutae viae, per quas fordes impurae & a mix-
tione succorum vtilium alienae e corpore nostro
eiiciuntur. Sic enim primo fordes tenues atque
halituosæ, seroso-salinae atque sulphureæ, per cu-
tis poros magno sanitatis commodo exspirant, quae
contra intus retentae sat graues machinae nostræ
minantur noxas maximeque laßitudinem, febres ca-
rarrhales & rheumaticas, ventris tormina, diarrhoe-
as & similia accessunt mala. Nolo iam haec fusus
persequi, cum otium mihi hac in re dudum fecerit
curiosissimus SANCTORIVS, qui singula ad transpira-
tionem pertinentia doctissime enodauit. Hoc ta-
men non possum, quin paucis moneam, quod im-
becilles inprimis, quibus perspirationis suppressio
potissi-

potissimum infensa est, liberum eius successum sedulo conseruare & promouere debeant, quod quidem aëris puri & temperati vsura, moderato motu, cibis facile solubilibus, diluente potu, animique tranquillitate quam optime perficiunt. Sicut vero imbecillibus mediocritas semper commendanda est; ita quoque in transpirationis negotio omne debent nimium vitare, ne forte vtiles viribusque sustentandis necessarias partes plus iusto dissipent.

§. XIX.

Feces crassiores ex cibis relictae, bileque affusa & muco intestinali remixtae, maximo sanitatis commido per aluum excernuntur; alioquin fordes istae excrementitiae, in intestinorum canali diutius retentae, non modo aduersam adsciscunt indolem & ad sanguinem resorptae hunc reddunt impurum; verum etiam flatulentias procreant, capitisque grauitatem cum aliis inducunt molestias. Quamobrem omni sane modo cum singuli sanitatis cupidi, tum vero maxime imbecilles & aduersam quamuis sensationem aegerrime ferentes, curare debent, ut alui beneficium, si fieri potest, quotidie experiantur, vel tamen aluinam excretionem, si deficit, cibis subsalsis & lubricantibus sufficienteque diluente potu facilitent. Qui contra aluum habent nimis fluxilem, ea in diaeta fugiant necesse est, quae eandem, instar ciborum fermentescientium, acrius multoque sale conditorum, magis exstimulant.

§. XX.

Per vrinam partes crassiores, mucidae, serosae, diversae indolis salinae atque sulphureae salutari

D confi-

consilio excernuntur. Hinc imbecilles, quorum excretiones plerumque languent, ferio curare debent, vt diurefis bene succedat, ne sibi morbos, a seri falsi redundantia oriundos, vt rheumaticos & arrhriticos affectus, renum & vesicæ calculum, cachexiam ipsumque hydropeum &c. contrahant. Quod si vero vrinæ mihi retardatur, tenui largiorique potu, & vsu alimentorum diuretica virtute praeditorum, subueniant. Dici vix potest, quantas feminis mensium fluxus, viris autem, si dispositio adeat, eumque hanc facile evitabilem reddit, haemorrhoidalis, debito succedens ordine, praefter utilitates; cum e contrario eadem hae sanguinis sinceri excretiones, si vel minuantur, vel prorsus cohibentur, varii generis passionibus chronicis & nominatim quidem viscerum infarctibus, cachexiae, malo hypochondriaco, hysterico, melancholiae, apoplexiae, colicae, asthmati, ceteris facillimam praebant ansam. Quae cum ita sint, nihil omnino magis quilibet curae cordique habere debet, quam vt dictæ excretiones in debito conseruentur ordine. Id quod sibi in primis dictum putent debiles, qui iam ex natura sua debiliori ad eiusmodi morbos sunt proclives, ideoque ea omnia sedulo debent vitare, quae salutari sanguinis per uteri aut ani vasa excretioni iniiciunt remoram, quod e.g. fortiores animi affectus, motus parcus & nimis, intensus frigus, algidi potus & cibi concoctu difficiles praestare solent. De liquoris seminalis per Veneris usum excretione non est, quod multa proferam, sed verba hic pro me faciat terzissimus CEL-
SVS, qui, coitus, inquit, neque nimis concupiscedens,
neque

neque nimis pertimescendus est. Rarus corpus excitat, frequens soluit.

§. XXI.

Vltimum inter res non-naturales locum obtinent *animi affectus*. Constat docet experientia, animam nostram, ob intimum cum corpore commercium, magna pollere potentia, motus solidorum aequa ac fluidorum in homine, etiam rectissime respectu constitutionis sua valente, alterandi. Hinc videmus, quod omnis vehementior animi affectus pulsus & respirationem valde immutet, modoque citatiorem, modo languidiorem efficiat, excretiones qualescumque perturbet, viriumque robur non parum minuat, ita prorsus, ut robusti etiam non raro inde in morbos incident, & in summum vitae discrimen adducantur. Idecirco igitur multo adhuc magis imbecilles summa decet ope eniti, ut animum habeant tranquillum, hilarem, nulloque affectuum fluctu agitatum, vtpote qui rectam valetudinem optime tueretur. Quo vero pacto animi tranquillitas sit conseruanda, Philosophi potius est atque Theologi docere, quam Medici.

§. XXII.

Tandem ad rectum rerum non-naturalium visum iure pertinere *consuetudo*, cuius in sanitate tuenda vis magna est & fere incredibilis. Recte igitur omnes maximeque debiles consuetudini paulo indulgeant, vel lento tamen gradu a rebus longo vsu familiaribus recedant; siquidem omnis subita rerum consuetarum mutatio sanitati, valde aduersa est.

D 2

§. XXIII.

§. XXIII.

Atque haec nunc mihi de Diaeta imbecillium dixisse sufficiat. Progredior iam ad *curationem* iisdem decenter adaptandam. Cum autem certa & ab omnibus Medicis sapientioribus stabilita sit regula, medicamenta non absolute, sed secundum indiuidua, eorumque respectu firmae debilisue naturae diuersitatem agere, percurramus nunc praecipuas medicamentorum classes, & breuiter strictimque dispiciamus, quaenam remedia subiectis natura debilibus magis minusue conueniant.

§. XXIV.

Primo se nostrae contemplationi fistunt *enauigantia per aluum*. Tantum vero abest ut draſticas infecuris & ex foro medico reſtias eliminandas operari nauemus, ut potius de remedis aluum cum securitate subducentibus tantummodo agamus. Sunt vero haec ipſa *fortiora* partim, ut ialappa eiusdemque resina, aloē, extraētum panchymagogum Crollii, pilulae aloēphanginae, de Succino Craton, tartareae Schroederi, marocostinae, aliaeque pilularum massae, tam per se datae, quam cum stimulo quodam hellebori nigri aut Colocynthidis acutatae; partim vero *leniora*, cuius generis rhabarbarum, manna, cassia, tamarindi, folia sennae, agaricus, salia neutra, &c. esse solent, quaeque ob leniorem operationem suam speciali nomine *laxantium* insigniuntur. Licet vero purgantia supra enumerata minime ita agant, ut vitae periculum, instar draſticonrum, inferant, nullo tamen modo negari potest, quod insigne aliquod ventriculi & intestinorum robur

bur requirant, nisi loco sperati auxilii damnum fani-
tati inferre debeant. Verum enim vero, cum infir-
ma corpora exquisita plerumque ventriculi & inte-
stinorum sensibilitate & atonia laborent, facile, vel
me etiam tacente, licet argumentari, magnam in ex-
hibendis purgantibus cautionem esse adhibendam,
longeque tutius & rectius imbecillibus blande la-
xantia praescribi, si nostram in euacuando canale
intestinorum medelam exposcent. Imo ipsa aloë,
nisi probe sit correcta aut in valde refracta dosi of-
feratur, ne iis quidem tuto exhibetur, qui ad con-
gestiones, sanguinis profusiones, maximeque haem-
orrhoidalem fluxum sunt proclives. Obiici ta-
men mihi posse videtur, quod leniter laxantia, ob-
deficientem stimulum, sordes impuras, intestino-
rum parietibus adhaerentes, non satis educant; ad
quod vero respondeo, melius hic esse, tardius simul-
que tuto, quam celerius & insecure agere, & repe-
rita blanda laxatione id omnino praestari posse, quod
vna vice non licet; & inde etiam deducenda est ra-
tio, cur prudentiores Medici remedia leniter & per
epicrasin laxantia a multo iam tempore debilibus
inprimis commendauerint.

§. XXV.

Emetica rarius quidem praescribuntur, inte-
rim tamen, vbi bilis tenacis & viscidae faburra, in
duodeno collecta, euacuanda est, eorum usus saepe
necessarius est. Sicuti autem validiora illa, que
caustica quadam salina acrimonia, parua etiam dosi,
in tunicas ventriculi & intestinorum spastice agunt,
ut helleborus albus, vitriolum album, vitrum anti-

D 3 monii

monii, indeque parata aqua benedicta Rulandi, cert. & purgantia draistica in maiori dosi data, ne robustis quidem tuto satis a Medicis circumspectis offeruntur; ita multo minus in tenerioribus subiectis locum inueniunt, quibus, si vomitum ciendi indicatio est, longe rectius tutiusque mitiora, e. g. aqua simplex tepida, cum melle vel pinguedine remixta, & radix Ipecacuanhae, quae subtile stimulans principium simulque roborans balsamicum fouet, exhibentur. Tartarus emeticus non prorsus quidem in imbecillibus est reformidandus, si modo mitior ille ex croco metallorum, non vero ex vitro antimonii paratus, eligitur & in aqua solutus exhibitetur.

§. XXVI.

Sudorifera, quae, celeriorem fortioremque cordis & arteriarum motum efficiendo, sordes tenues per cutis poros guttatum quasi euehunt, omnia sub se comprehendunt calidiora, ut essentias ex vegetabilibus oleoso & acri principio foetis paratas, itemque omnes spiritus volatiles, cornu cerui, eboris, tartari, bezoard. Bussia, mixturam simplicem, regulumque antimonii medicinalem. Haec autem singula cum eius sint indolis, ut massam sanguinis valde exagitent & per facile noxias sanguinis ad varias partes congestiones, indeque pendentes haemorrhagias producant, iudicatu facillimum est, imbecilles plerosque magna cum cautione dicta calidiora debere assumere, si praesertim antea iam ad sanguinis congestiones & fluxiones existunt proclives. Quodsi igitur impuritates halitiosae per externum cutis corticem in debilibus eliminandae sunt,
longe

longe securius hoc leniori & non adeo sensibili modo perficitur persic dieta *diaphoretica* & *diapnoica*, cuius generis sunt antimon. diaphoreticum, cerusa antimonii, pulueres terrei & absorbentes, variisque ex his compositi bezoardici, essentiae temperatae alexipharmacæ, & herbarum infusa calida, cum regimine diapnoico adsumta.

§. XXVII.

Diuretica fortiora, quorum in numero calidiora, subtili oleo imbuta, terebinthinata, balsama exotica, & iuniperina, vel acrimonia adurente praedita, esse solent, ob vim suam, quam viis vrinariis reliquoque corpori inferunt aduersam, cane peius & angue in imbecillibus sunt fugienda, usque temperature, ubi viscidae tartareaeque fordes per diuresin sunt remouendae, substituenda, cuius generis varia ex regno potissimum vegetabili petita, e. g. herbae petrofolini, chaerefolii, aliaeque cum aqua calida infusae, semen dauci, baccae iuniperi, radices quinque aperientes maiores & minores, semina pinguis in emulsione data, marina terrea acido citri saturata & tinturae quaedam alcalinae, antimonii, succini, & spiritus minerales dulcificati, esse solent.

§. XXVIII.

Si spissa lympha, glandulis impuncta stagnans, in motum cienda, vel per salutam evehenda est, fortiora illa mercurialia, per præcipitationem parata, ob rodentem indolem suam, ne robustis quidem tutto exhibentur, tantum abest, ut infirmis sine noxa offerri queant. Multo magis hisce conueniunt aethiops mineralis & antimonialis, ipseque mercurius dulcis,

dulcis rite paratus; sicut etiam decocta radicum & lignorum antiuenerea in viscidis humoribus resoluendis, & obstructionibus glandularum referandis egregiam ferunt opem.

§. XXIX.

Euacuantibus quoque annumerantur *expectorantia*, quorum alia vel stimulando agunt & imparetam vesiculis aereis viscidam materiam irritationis sua euellunt, ut in primis squillitica & sulphur antimon. auratum facere solent, alia vero materiam acrem demulcendo ad exitum disponunt, ut commodius deinde per os eiici queat. Vtraque tamen, sicut generatim, ita speciatim in imbecillibus singulari quamdam in adhibendo postulant cautionem. Etenim nimis acria debilibus, magnaque partium neruosalium sensibilitate praeditis facile nimiam inferunt irritationem, &c, praeter angustias praecordiorum anxiamque respirationem, saepe haemoptysin excitant.

§. XXX.

Nouam, eamque satis familiarem medicamentorum classem constituunt *roborantia*, quae varias rursus species, ut *analeptica*, *neruina*, *visceralia*, *stomachica* & *adstringentia*, sub se comprehendunt. *Analeptica* quidem & *neruina* omnia calidae sunt naturae, & ex regno potissimum vegetabili desumpta, varia sub forma adhibentur. Sic enim hunc censum subeunt omnes herbae & flores neruini aromatici, ipsaque aromata atque ex iisdem parata olea aetherea, balsama sic dicta vitae, siue liquida oleosa, & spiritus fragrantes. Interim tamen negandum non est, ex dictis

dicitis hisce analepticis, siue forinsecus per odoratum ad-
hibitis, siue oretenus oblatis, alia esse fortiora, alia tempe-
ratoria. Haec autem cum imbecillium naturae semper
magis quadrent, facile profecto Medicus prudens & cir-
cumspectus iudicare poterit, temperata fortioribus esse se-
cuniora, nisi sanguinem per se iam ad ebullitiones pro-
num magis velit commouere, & vires iam iam debiles
vterius adhuc deicere.

§. XXXI.

Stomachica & visceralia eum quidem in finem a Me-
dicis praescribuntur, vt, ventriculi robur naturale aliquo
modo augendo, bonum chylum, qui fundamentum boni
sanguinis ludabilisque nutritionis est, praeparent. So-
lent igitur hoc nomine variae radices subacres & inciden-
tes, itemque aromatica & varia inde confecta medica-
menta stomachica commendari. Attamen magnus omni-
no selectus respectu subiectorum est habendus; siquidem
calidiora sensibilibus & infirmis plerumque minus conve-
niunt, dum languidum quidem appetitum excitant, va-
cillantem autem digestionem non aequa bene ediuunt.
Quam ob rem tunc locum potius inuenient temperata
amara, balsamico principio imbura, quae bilem inertem
corrigunt, idque salutari modo supplant, quod bona bi-
lis in iuando chylificationis opere praefare deberet.
Quo titulo commendari merentur elixiria sic dicta visce-
ralia, ex vegetabilibus amaricantibus cum lixiuio alcalino
parata.

§. XXXII.

Traumatica, vulneraria & adstringentia, ex regno
siue vegetabilis, siue minerali deponita, licet gradu adstri-
ctionis inter se differant, nunquam certe non manu valde
E timida

timida adhiberi & offerri debent. Semper tamen maximam exigunt cautionem in subiectis debilioribus, quorum fibrae facile crispantur & vasā constringuntur, alioquin noxias viscerum nobiliorum obstrunctiones & inductiones, morbosque inde pendentes, cachexiam nempe, hydrozem, heēticam, ceteras inducunt facilissime. Si qua igitur iisdem videntur indicatio est, expedit omnino ea feligere, quae magis vim tonicam, quam adstringentem exseruent, & illa ipsa simul coniuncto diluente potu corporis que sufficienti motu in usum vocare.

§. XXXIII.

Sedativa, sive remedia effrenis partium solidarum mortibus compescendis dicata, variae sunt indolis & virtutis. Dantur enim mitiora, veluti *antispasmodica*; dantur vero etiam validiora, ut *anodyna* & multo adhuc magis *narcotica* esse solent. *Antispasmodica*, debita dosi rectoque tempore adhibita, in doloribus & spasmis sedandis nec imbecilles facile laedunt. *Anodyna* contra, quae praeserrim narcotici quidpiam ex opio & hyoscyamo recondunt, exercitatum requirunt Medicum, qui ea ipsa imbecillibus, quorum in numero pueri & senes esse solent, raro vel caute prescribit. Poteſt tanien & soler talia non solum ordinare si debita ratione fuerint correcta, sed etiam secundum morbi diuersam indolem diuersa eligit, ideoque e.g. in spasticis peccoris affectibus massam pilularum de Styrace, in colicis cruciatibus nimiisque vomitibus & diarrhoeis theriacalia, & sic porro, exhibet.

§. XXXIV.

Succedunt porro in remediorum classe *alterantia*, sive corrigendis nostri corporis humoribus apta nata remedia. Variis autem modis humores solent peccare, variaeque indolis dyscrasiam adsciscere. Et primo quidem a temperie sua declinant, si salino - acidi & acres sunt. Profundunt hoc fine absorbentia, tam terrea alcalina, quam salia alcalia fixa, quae, acidum in primis viis super-

superabundans inbibendo, optimè eius vim aduersam cicurant & restingunt. Per multa autem sunt hac virtute praedita & singula litera in eo conueniant, vt acidum peccans absorbent, valde tamen ratione teneritudinis partium inter se differunt, omninoque aliquem postulant selectum, secundum diuersam hominum naturam influentum. Hinc peritus Medicus tenerioribus subiectis salia alcalia, chelas lapidesque cancrorum, aliaque huius generis semper meliori cum effectu offert, quam conchas, ostreas, & similia, quae ventriculo facile sunt oneri. Dantur deinde absorbentia, adstringentem aliquam virtutem simul in sinu suo fountia, cuius generis omnes terrae sigillatae atque bolares, corallia rubra, martialia, facitum, &c. esse solent. Has igitur ob rationes prudens Medicus in sanandis imbecillibus dieta haec vel plane omittit, vel si eadem exhibendi occasio fert, mitiora, sive in minori gradu adstringentia, praescribit, eoque fine coraliorum species & succinum terris bolaribus praefert. De reliquo, primo quidem intuitu acidum corrugentia remedia ita sunt comparata, vt corundem præscriptione non adeo facile licet peccare; attamen peccare omnino possumus, si forte ipsa in maiori dosi, & crebrius iusto, vel etiam subiectis ventriculi atonia laborantibus, multasque viscidas fordes in primis viis alentibus, offeramus; quem errorem suo iam tempore ingenue derexit atroque notauit carbone Illustr. b. m. HOFFMANNVS, in Dissertatione de remediorum benignorum abusu.

§. XXXV.

Alterantibus deinde accensenda sunt attenuantia, sive humoribus viscidis incidentis ac resoluendis dicata remedia, quorum admodum multa & varia sunt, vt radices subacres, ari, pimineliae, galangae, squillae cum suis praeparatis; dein herbae hysopii, chaerefolii, scordii & sic dictæ antiscorbuticae, cet. tum gummata saponacea, ammoniacum, bdellium, sagapenum, opopanax, itemque salia herbarum per incinerationem parata, & omnia denique salia neutra, vt sal polychrestum, digestuum Syluii, Seignette, Epsoniente, Sed license & reliqua ex fontibus medicatis parata; quo etiam ipsæ aquæ salubres pertinent. Singula haec medicamina benigioribus quidem sunt annumeranda; interim tamen alia præ aliis

aliis sunt calidiora magisque commouentia, & idcirco cum iudicio subiectis aegrotantibus a Medico praescribenda. Sic, ut exemplo hoc illustrem, herbae calidiores antiscorbuticae aegrotantibus sensibiliibus, plethoricas, & ad congettiones procliviibus, non semper conducunt, sed colicos intestinorum dolores aliaque mala proritata. Neque salia media aequae bene ferunt omnes; siquidem in artis exercitio non raro obseruamus, quod sensibiliorum natura vel ysum salium plane respuit, vel temperatiora tantum, ut tartarum tartarisatum, terram foliatam tartari, eiusque liquorem, sal Seignete & thermarum Carolinarum, etc. admittat.

§. XXXVI.

Ordine nunc excipiunt remedia intestinum sanguinis motum bilisque aerius astutum *temperantia*, quorum in numero omnes fructus acidi & aciduli, decocta scorzonerae, hordei, cornu cerui, emulsiones ex amygdalis & seminibus quatuor frigidis paratae, serum lactis, tinturae acidulae, rosarum, florum bellidis, clystus antimonii sulphuratus, tremor tartari, & instar omnium nitrum depuratum & antimoniatum esse solet. Evidenter haec omnia seu modo & tempore refrigerant, & nisi abusu, non facile nocent. Nihilominus tamen circumspectus Medicus saepe fat graues habet rationes, cur subiectis tenerioribus non omnia sine discrimine praescribat. Sic e.g. serum lactis optime quidem astutum sanguinis restinguit, doceat tamen experientia, fida rerum magistris, non tuto satis illud posse assumi a subiectis atonia ventriculi laborantibus, vel ad alii fluxum dispositis. Similiter tinturae acidulae, minerali acido imbutae, licet egregie satis refrigerant, facile tamen nociae sunt, si forte tussis simul complicatur, quam subtili irritatione sua facililime exacerbant.

§. XXXVII.

Agmen denique in alterantium serie claudunt *demulcentia*, hinc acrem & rodentem humorum indolem corrigentia. Haec ipsa autem, quia plura continent mucilaginosa & relaxantia, evendum omnino est, ne imbecillibus, quorum fibrae per se iam relaxatae sunt, in liberaliori dosi, vel crebrius iusto offerrantur, aut forinsecus applicentur.


T A N T V M .

01 A 6528

ULB Halle
002 928 698



3



42

DISSE^TAT^O IN AVGVRALIS MEDICA
DE
**DIAETA ET CVRATIONE
IMBECILLIVM**

QVAM
SVB AVSPICIIS SVMMI NVMINIS
ET
CONSENSV GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE
P R A E S I D E
VIRO ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO
D. ANDREA ELIA BÜCHNERO

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,
POTENTISSIMI PRVSSIAE REGIS A CONSILII INTIMIS,
MEDICINA ET PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESS. PVBL. ORDINARIO,
IMPERIALIS ACADEMIAE NATVRAE CVRIO^R. PRAESIDE
ET COMITE PALATINO CAESAREO,

PRO GRAD V DOCTORIS
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS AC PRIVILEGIIS
DOCTORALIBVS RITE CONSEQUENDIS

AD D. XXXI. IANVAR. A. S. R. CI^oCC^o LVIII.

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA

PVBLINE DEFENDET

AVCTOR

IOANNES CHRISTIANVS MÜLLER
BEROLINENSIS.

HALAE MAGDEBURG. LITTERIS. HENDELIANIS.

